7. Apostatae ante omnia ad resumend. suum habitum compellantur, et deinde ab Apostasia et sententia Excomis absolvantur, sicq. ad carceres, si visum fuerit Superiori remittantur.

8. Apostatae criminosi post tertiam Apostasiam amplius in Ordinem nrum non suscipiantur.

9. Fugitivis è carcere eductis etiamsi criminosi non sint, nullo modo in Monrio ex quo fugerint offm aliquod committatur, sine expressa Vicarii licentia.

10. Poterunt praedicti Superiores dictas poenas fugitivorum, et criminosorum moderari, si rationabilis causa existat.

11. Singulis diebus Dnicis et festis, hora 2a post meridiem, omnibus dato signo convocatis, unus ex Conversis cui iniunctum fuerit, unum Caplum ex praesentibus statutis leget, ne ipsi eorum omnium et singulorum ignorantiam ullam praetendere possint; reliquum tempus usq. ad biberes, pia aliqua lectione transigent.

De Donatis:

Nullus in Donatum recipiatur à Priore sine proprii Abbatis lra, exceptis Monrijs commendatis, Receptus autem per aliquod temporis spatium probetur, prout Superioribus visum fuerit.

2. Donati recepti vivent sine proprio in communi, Ordini et Superiori erunt obedientes, damna Monrior in quibus vivent avertent, commodum vero procurabunt, vituperia loci et Superior supprimere curabunt, honorem autem eorum diligent correctioni Ords in omnibus subiacebunt, de his quae administraverint Superior vel illi quibus debent, quoties super hoc requisiti fuerint reddent rnem, continenter vivent als expellend. sine spe remunerationis pro servitio quod Monrio impenderunt.

Mulieres Donatae nullatenus recipiantur, nec uxorati admittantur in Donatos.

Suscepti in Donatos vestiantur griseis tunicis, absq. scapulari et Caputio.

Qui semel receptus est in Donatum, non potest fieri Monachus in Ordine nro, licet post diuturnam probationem possit fieri Conversus.

6 Donati nullo voto obligantur nec professionem facient, sed postquam in habitu Donatorum per annum vel eo amplius iux arbitrium Superiorum probati fuerint, si voluerint, remanere publico instrumento in scriptis, manu alicuius Notarij subsignatu, vel curiae offis Advocatiali Monrij eidem Monrio, se sua, et labores suos offerent. labores suos et supra.

Tempore quadragesimali

Vero quadrante ante 3am post mediam noctem ad Vigilias Dno Deo persolvendas. Diebus festis duarum Missarum et Dnicis hora 2a Festis unius Missae media 8a. Diebus vero sermonum media 2a.
Per [illegible] [illegible]

Hora media 6a conveniant signum dante excitatore ad lectionem seu meditationem spiritualem

Hora 6a pulsabitur ad Primam, qua finita immediate ad Capitulum redibunt. Absoluto Capitulo si datum fuerit signum ad labores, laborabunt: sin autem, piis aliis exercitiis se occupabunt. Interim Sacerdotes absolvent privatas suas Missas. Quadrante post 8am dabitur primum signum ad Missam Conventualem, et transacto quadrante 2dum. Sacerdote vero et ministris indutis pulsabitur ad 3am.

Festivis diebus semper hora 8a primum signum dabitur, diebus autem ieiuniorum 2o quadrante post 8am nisi sit festum in foro, tunc enim primo quadrante post 8am et reliqua ut supra fiant.

Absoluta 6a quae immediate post Missam cantatur, audietur primum signum ad prandium, et elapso quadrante (quo examini conscientiae singuli vacabunt) 2um.

Post prandium dictis gratiis ex lectione mensae observatis, tempus quod restat ad 12am piis inter se mutuis colloquiis, vel alia honesta et religiosis personis digna recreatione transigent. Diebus sermonum et ieiuniorum exceptis, quibus ab his se continebunt.

Hora 1a post meridiem audito signo conferent se ad 9am nisi sit cum 6a simul decantata, quod fit in diebus unius refectionis.

Hora 2a pulsabitur primum signum in Cella et ex tunc conferent se iterum ad lectionem unius horae. Post Vesperas hora 4a pulsata campana ibunt ad labores, quibus incumbent usque ad 5tam.

Hora 5a primum signum dabitur ad [illegible], et elapso quadrante 2dum. Medio quadrante ante 7am pulsabitur ad Completorium, quo finito, et Antiphona, Dne Deus universorum cantata. Examen conscientiae facient, usque ad 3tum quadrantem ante 8am.

Hora 8a omnes sint in lectis.

Diebus Sabbatinis quando fit lotio pedum 3o quadrante pulsabitur ad Completorium.

Omnia ad Dei omnipotentis gloriam.

Conclusio statutorum. Caput XXXXIII.

Quoniam finis ipsorum statutorum non tantum est ut sciantur, sed potius ut observ-

438